

## SZABÓ ANDRÁS

### Jonathas Daniel levele Wittenbergből Caspar Pilciushoz

A szepességi német (cipszer) Pilcius Gáspárhoz, a felsőmagyarországi kryptokálvinizmus egyik vezéralakjához intézett levél a Máriaassy család levéltárában maradt ránk,<sup>1</sup> ōk voltak ugyanis a címzett patrónusai. A levélíró Pilcius rokona, aki drezdai tanítóskodás után (lévén német anyanyelvű, nyelvi problémája nem volt) 1591. április 24-én íratkozott be a wittenbergi egyetemre „Jonathas Danielis Topschensis” néven.<sup>2</sup> A „Topschensis” Dobsinát (Dobšiná, Dobschau) jelenti, tudjuk, hogy Pilcius is lelkészkedett rövid ideig ott, amíg egy török betörés el nem üzte onnan — erről az eseményről aztán egy történeti munkát írt.

A peregrinációból hazára küldött levél nem túl gyakori műfaj a fennmaradt 16. századi levéltári anyagokban, ezért mindenki nagy értéket jelent számunkra, különösen, ha személyes ügyéről, a magyarországi tanulók minden napjairól számol be, mint ez. A főszereplőkről nemigen tudni többet, mint amennyit az egyetemi anyakönyv elárul: a késmárki Adamus Kunischius 1589. július 22-én íratkozott be,<sup>3</sup> a levélíró szerint részes és kötekedő (szepes)váraljai Pápai Kristóf pedig 1590. május 13-án.<sup>4</sup> Bár minden hárman kryptokálvinizmussal „fertőzött” területről jöttek, egyikük sem volt tagja a reformátusokból és csaknem kizárálag magyarokból álló wittenbergi coetusnak.

1591. július 18. Wittenberg

Magyar Országos Levéltár, Máriaassy cs. levéltára, P 1194. Missiles, 1. cs.

S[alutem]

Quam libenter et quam saepe hactenus, Vir doctissime, et Affinis obseruande, meas ad te dedissem literas, testis ipse met mihi sum. Verum tabellariorum inopia destitutus in effectum quod volui, reddere non potui.

1 Magyar Országos Levéltár, Máriaassy család levéltára, P 1194. Missiles, 1. cs. 1570—90-es évek (az anyag dátum szerint van rendezve!)

2 Album Academiae Vitebergensis ab anno Christi MDII. usque ad annum MDCII. Volumen secundum, Halis [Halle] 1894. (Ezentúl: AAV. II.) 380.

3 AAV. II. 368.

4 AAV. II. 373.

Nunc uero occasionem praeter expectationem mihi divinitus obiectam esse, oppido laetor, cum qua tibi cum mearum rerum statum, tum nonnullas alias difficultates et iniurias, quae animum meum tantopere vulnerent, exponere liceat. Ac primo scire debes, nihil mihi dulcius et optatius euenire hoc tempore potuisse, quam quod iam olim optatis meis, euentus tandem responderint, quod nimirum me in Academiam, in quam iam pridem animus flagrabat meus, recipere potuerim. Licet mihi plurimae hic perferendae sint difficultates et miseriae propter sumptuum inopiam: tamen malim ea omnia cum fructu studiorum quam alibi cum iactura aequo animo tolerare, id quod hactenus expertus sum cum magno meo malo. Vixi autem hactenus iis nummulis in communitate, ut uocant, quos in mea paedagogia Dresdae unciatim comparsi: Verum cum eos iam exposuerim meque dietim maior miseria uexare incipit, nescio quibus remediis his malis mederi debeam. Incirco te, Affinis charissime compellari uolui, ut precibus tuis instes apud parentem meum, ut aliqua ratione rebus prospiciatur meis, plus enim ponderis eas habituras esse certum est quam aliorum. Non enim opinor ipsum tam inopem et exhaustum esse, quin me annuo sumptu in Academia alere possit. Quod si tua intercesione quidpiam inpetravero: Ego uicissim ut gratum et obaedientem erga te in omni officiorum, quae me praestem, operam dabo. Caeterum te celare nullo modo possum, me Dei gratia hic in primo aditu mediocri fortuna usum fuisse, ita ut etiam liberam habitationem, usque ad festum Michaelis cum aliis quibusdam commoditatibus apud Adamum Kunschium Keismarcensem adipiscerer, sicuti contra Adami ciuis serius huc ueniens, apud Simonem consecutus est. Verum cum fortunam nonnunquam etiam insignis comitatur infelicitas cuiusdam hominis inuidiam effugere non potui, non aliam ut coniicere possum ob causam, quam quod aegre tulerit se posthabito me in consortium Adami admissum fuisse. Is uero est Christophorus Papai Varaliensis, quem proculdubio etiam nosti, Publicani uel ut vulgo uocant Theloniatoris filius, insignis sane helluo et potator, qui dietim se ingurgitat, et per integrum septimanam uix semel sobrius reuertitur domum. Is enim suae loquacitatis rabiosae et contagiosae uirulentia saepenumero erga me insurrexit, quem nec uerbis a me laesum, nec iniuria affectum esse unquam sciam. Quod sane perpeti difficultas ac molestum magis uidetur, cum qua me accusauit culpa ipse uacem, sumque eorum quae mihi impignit minime conscius. Si ulla uerborum petulantia a me fuisset initatus, immerito sane uiderer conqueri: quod paterer telis uulnra facta meis, cum praesertim Lacedemonius

Chilo praeciperit: Proximo non maledicas, si non vis male audire, verum repetere cogit doloris rabies, nunquam a me factum dictumne existimo, quare in me ita stomachari, succensere, inuehi ac saeuire debeat: Id tolerandum nec ne sit, non satis <uideo> scio. Tolerarem, nisi tacendo culpam praestare uiderer: nisi etiam ab hoc me diuerteret Publii Mimo-graphi poëtae Verbum scribentis: Veterem ferendo iniuriam invitam novam. Evidem miror fere ad stuporem unde illi fastus creuerit, ut abiectiorem me putem quam quo cum Verba faciat, eo arrogantiae con-scendit ut neminem p[re]se ducat hominem. Diuitiae per fas atque nefas corrasae, ut opinor, hoc supercilium illi induunt. Sed omnia ipsius conuitia et iurgia, quae in me innocentem evomuit aequo animo huc usque tuli, idque de consilio reliquorum popularium, quibus cum, quoniam eodem modo processeret, suaserunt, ut communis concordiae ergo illius tumultus suspendere facerem. Verum de his omnibus clarius Deo volente ueritas innotescet breui, eum nimirum Adamus Kunschius, qui omnia ea ipsius ore iurgia audiuerit, in proximam redditurus fuerit. Et interim locum mutauit et alteram habitationem conduxi, de qua 2. R[henenos] usque ad festum Michaelis exponere necesse erit, et de lectisterniis R[henenum] 1. a quibus impensis alias immunis fuisse. Te igitur maiorem in modum oro, ut aliquam consilii tui scintillam mihi porrugas. His paucis te ualere una cum tua domestica Ecclesiola, et caeteris amicis bene et feliciter cupio. Witebergae ex Musaco meo dabantur 18. Julii. Anno a Christo nato 1591.

R[everenda] T[uae] D[ominationi] observantissimus Affinis  
Jonathas Daniel.

*[Kívül:]* Clarissimo Viro, erudito iuxtaque orthodoxa Doctrina, Domino Caspari Pilcio, pastori Ecclesiae Marcivillanae fidelissimo, Domini Affini suo observando.

*[Más kézzel:]* Clarissimo.

**András SZABÓ: Ein Brief von Daniel Jonathas aus Wittenberg an  
Caspar Pilcius.**

Der Adressat ist in der ungarischen Kultur- und Kirchengeschichte des 16. Jahrhunderts von Bedeutung, er war nämlich einer der bestimmenden Persönlichkeiten der kryptokalvinischen Bestrebungen in Oberungarn. Der Absender des Briefes als Zipserdeutsch hatte zwei Jahre lang ein Lehreramt in Dresden inne, wurde dann 24. April 1591 in die Matrikel der Universität Wittenberg aufgenommen. Der Brief kann aus zwei Gesichtspunkten für wichtig gehalten werden: einerseits als weitere Quelle des Auslandsstudiums, andererseits als Bericht über die persönlichen Angelegenheiten und über das Alltag der ungarischen Studenten in Wittenberg. Die im Brief erwähnten Studenten sind uns unbekannt geblieben, weder sie noch der Absender wurden in die ungarische Gesellschaft (*coetus*) der Universität aufgenommen. Fundort: Ungarisches Staatsarchiv, Familienarchiv Máriássy.